

**Badische Landesbibliothek Karlsruhe**

**Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe**

**Breviarium monasticum**

**Paul <V., Papst>**

**Constantiae, 1660**

Homiliae, evangelia, et orationes, [...]

[urn:nbn:de:bsz:31-140162](#)

## Lectio iii.

ne frater erat Esau Iacob, dicit Dominus, & dilexi Iacob, Esau autem odio habui: & possum montes eius in solitudinem, & hereditatem eius in dracones deserti. Quod si dixerit Idumaea: Destructi sumus, sed reverentes ædificabimus quæ destruta sunt: Hæc dicit Dominus exercituum: Isti ædificabunt, & ego destruam: & vocabuntur termini impietatis, & populus cui iratus est Dominus usque in æternum.

## Lectio iij.

**E**T oculi vestri videbunt: & vos dicetis: Magnificetur Dominus super terminum Israël. Filius honorat patrem, & seruos dominum suum: si ergo Pater ego sum, ubi est honor meus? & si Dominus ego sum, ubi est timor meus? dicit Dominus exercituum: ad vos, sacerdotes, qui despiciatis nomen meum, & dixistis: in quo despexit nomen tuum? Offertis super altare meum panem pollutum, & dicitis: In quo polluimus te? In eo quod dicitis: mensa Domini despœcta est.

**S**I offeratis cæcum ad immolandum, nonne malum est? & si offeratis claudum, & languidum, nonne malum est? Offer illud duci suo, si placuerit ei, aut si suscepit faciem tuam, dicit Dominus exercituum. Et nunc deprecamini vulnus Dei ut misereatur vestri (de manu enim vestra factum est hoc) si quo modo suscipias facies vestras, dicit Dominus exercituum. **Lectio iiiij.**

**Q**uis est in vobis, qui claudat oculos, & incendat altare meum gratuitò? non est mihi voluntas in vobis, dicit Deus exercituum: & munus non suscipiat de manu vestra. Ab ortu enim solis usque ad occasum, magnus est nomen meum in Gentibus, & in omni loco sacrificatur, & offertur nomini meo oblatio munda: quia magnum est nomen meum in Gentibus, dicit Dominus exercituum.

Ad Vesperas, Anno cum Psalmis de Psalm 114. Capitulum, R. Hymnus, & Antiphona ad Magnificat, & Oratio, ut in Sabbato ante Dominicam p. Aventus.

## HOMILIAE, EVANGELIA, ET ORATIONES,

Cum Antiphonis ad Benedictus, & Magnificat, in Dominicis per ordinem dispositis, à tercia post Pentecosten usque ad Adventum.

### DOMINICA III: post Pentecosten.

Lectio sancti Euangelij secundum Lucam. **Lectio ix.** Cap. 15. a. 1.

**I**N illo tempore: Erant appropinquentes ad Iesum publicani, & peccatores, ut audirent illum. Et reliq-

Homilia sancti Gregorii Papæ?

Homil. 34. in Euang. post initium.

Vidistis in lectio Euange-

**A**lica, fratres mei, quia peccatores & publicani accesserunt ad Redemptorem nostrum: & non solum ad colloquendum, sed etiam ad con-

ad conuescendum recepti sunt. Quod videntes Pharisei designati sunt. Ex qua re colligitur, quia vera iustitia compassionem habet, falsa iustitia designationem: quamvis & iustitia soleat recte peccatoribus designari.

## Lectio x.

**S**ed aliud est quod agitur typus superbiæ, aliud quod zelo disciplinæ. Designantur enim, sed non designationes: desperant, sed non desperantes: persecutionem commovunt, sed amantes: quia etiæ foris incitationes per disciplinam exagerant, intus tamen dulcedinem per charitatem seruant.

## Lectio xi.

**P**raeponunt sibi in animo ipsos plerumque quos corrigunt: meliores existimant eos quoque quos iudicant. Quod videlicet agentes, & per disciplinam subditos, & per humilitatem custodiunt semetiplos. At contra, hi qui de falsa iustitia superbire solent, ceteros quoque despiciunt, nulla infirmantibus misericordia condescendunt; quod se peccatores esse non credunt, eò deterius peccatores fiunt.

## Lectio xii.

**D**e quorum profecto numero Pharisei extiterant, qui diuidentes Dominum quod peccatores susciperent, arenti corde ipsum fontem misericordiae reprehendebant. Sed quia ægri erant, ita ut ægrossi esse nescirent; quatenus quod erant agnoscerent, cælestis eos medicus blandis fomentis curat, benignum paradigma obicit, & in eorum corde vulneris tumorem premit.

**S**equentia sancti Euangeli secundum Lucam. Cap. 15. a. 1.

**I**n illo tempore: Erant appropinquantes ad Iesum publicani

& peccatores, ut audirent illum. Et murmurabant Pharisei, & Scribæ, dicentes: Quia hic peccatores recipit, & manducat cum illis. Et ait ad illos parabolam istam, dicens: Quis ex vobis homo, qui habet centum oves: & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in

deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? Et cum inuenierit eam, imponit in humeros suos gaudens: & veniens domum, conuocat amicos & vicinos, dicens illis: Congratulamini mihi, quia inueni euem meam, quæ perierat? Dico vobis, quod ita gaudium erit in celo super uno peccatore penitentiam agente, quam super nonaginta nouem iustis, qui non indigent penitentia. Aut quæ mulier habens drachmas decem, si perdiderit drachmam unam, nonne accedit lucernam, & evenerit domum, & querit diligenter, donec inueniat? Et cum inuenierit, conuocat amicas & vicinas, dicens: Congratulamini mihi, quia inueni drachmam, quam perdideram? Ita dico vobis, gaudium erit coram Angelis Dei super uno peccatore penitentiam agente.

## Oratio.

**P**rotector in te sperantium Deus, sine quo nihil est validum, nihil sanctum: multiplica super nos misericordiam tuam; ut te rectore, te duce, sic transeamus per bona temporalia, ut non amittamus æterna. Per dominum.

**A**d Benedictus, Aña. Quis ex vobis \* homo, qui habet centum oves, & si perdiderit unam ex illis, nonne dimittit nonagintanouem in deserto, & vadit ad illam quæ perierat, donec inueniat eam? alleluia.

Rr 3

Ad

**A d Magnificat, Antiphona.**  
Quæ mulier \* habens drachmas de-  
cem, & si perdiderit drachnam vs-  
nam, nonne accedit lucernam, &  
euerit domum, & querit diligenter  
donec inueniat?

**D O M I N I C A IIII.****post Pentecosten.**

**Lectio sancti Euangelij secundum**  
**Lucam. Lectio ix. Cap. 5. a. 1.**

**I**n illo tempore: Cum turbæ ir-  
ruerent in Iesum, ut audirent ver-  
bum Dei; & ipse stebat secus sta-  
gnum Genesareth. Et reliqua.

**Homilia S. Ambrosij Epilcopi.**  
**Lib. 4. in Lutæ. 5. prope finem.**

**V**bi Dominus multis imper-  
tiuit varia genera lauitum,  
nec tempore, nec loco po-  
tuit ab studio sanandi turba cohiberi.  
Vesper ineubuit, sequebantur: sta-  
gnum occurrit, vrgebant: & ideo  
ascendit in Petri nauim. Hæc est  
illa nauis, quæ adhuc secundum  
Matthæum fluctuat, secundum Lu-  
cam repletur pīceibus: ut & princi-  
pia Ecclesiæ fluctuantis, & posterioria  
exuberantis agnoscas.

**Lectio x.**

**P**ilces enim sunt, qui hanc ena-  
uigant vitam. Ibi adhuc discipu-  
lis Christus dormit, hic præcipit:  
dormit enim trepidis, perfectis vi-  
gilat. Non turbatur hæc nauis, in  
qua prudètia nauigat, abest perfidia,  
fides aspirat. Quemadmodum enim  
turbari poterat, cui præterit is, in  
quo Ecclesiæ firmamentum est? Il-  
lic ergo turbatio, vbi modica fides:  
hic securitas, vbi perfecta dilectio.

**Lectio xi.**

**E**t si alii imperatur ut laxent  
retia sua, soli tamen Petro dici-

tur: Duc in altum; hoc est, in pro-  
fundum disputationum. Quid enim  
tam altum, quam altitudinem diui-  
tiarum videre, scire Dei Filium, &  
professionem diuinæ generationis  
assumere? Quam licet mens non  
queat humana plenæ rationis inue-  
stigatione cōprehendere, fidei tamea  
plenitudo complectitur,

**Lectio xii.**

**N**am eti non licet mihi scire  
quemadmodum natus sit: non  
licet tamen nescire quod natus sit.  
Seriē generationis ignoro: sed au-  
ctorem generationis agnosco. Non  
interfuimus cū ex Patre Dei Filius  
nasceretur: sed interfuimus cū à  
Patre Dei Filius diceretur. Si Deo  
non credimus, cui credemus? Om-  
nia enim quæ credimus, vel visu cre-  
dimus, vel auditu. Visus sāpē falli-  
tur, auditus in fide est.

**S**equentia S. Euangelij secundum  
Lucam. **Cap. 5. a. 1.**

**I**n illo tempore: Cum turbæ ir-  
ruerent in Iesum, ut audirent ver-  
bum Dei, & ipse stebat secus stagnū  
Genesareth. Et vidit duas nauis stan-  
tes secus stagnum: pīscatores autem  
descenderant, & lauabant retia. A-  
scendens autem in vnam nauim, quæ  
erat Simonis, rogauit eum à terra  
reducere pīsillum. Et sedens doce-  
bat de nauicula turbas. Ut cessauit  
autem loqui, dixit ad Simonem: Duc  
in altum, & laxate retia vestra in cap-  
turam. Et respondens Simon, dixit  
illi: Præceptor, per totam noctem  
laborantes, nihil cepimus: in verbo  
autem tuo laxabo rete. Et cum hoc  
fecissent, concluserunt pīcium mul-  
titudinem copiosam, rumpēbatur aus-  
tem rete corum. Et annuerūt socii,  
qui

qui erant in alia naui ut venirent, & adiuuarent eos. Ervenerunt, & impleuerunt ambas nauiculas, ita ut penè mergerentur. Quod cùm vide-ret Simon Petrus, procidit ad genua Iesu, dicens: Exi à me, quia homo peccator sum, Domine. Stupor enim circumdederat eum, & omnes, qui cum illo erant, in captura piscium, quam ceperant: Similiter autem Jacobum, & Ioannem, filios Zebedaei, qui erant socii Simonis. Et ait ad Simonem Iesu: Nolit timere: ex hoc iam homines eris capiēs. Et subductis ad terram nauibus, relictis omnibus fecuti sunt eum.

## Oratio.

**D**A nobis, quæsumus Domine: ut & mundi cursus pacifice nobis tuo ordine dirigatur; & Ecclesie tua tranquilla deuotione legetur. Per Dominum nostrum.

## Ad Benedictus, Antiphona:

Ascendens Iesu \* in natum, & sedens docebat turbas, alleluia.

**Ad Magnif. Aña.** Praeceptor \* per totam noctem laborantes nihil cepimus, in verbo autem tuo laxabo rete.

## DOMINICA V.

## post Pentecosten.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum. **Lectio ix.** Cap. 5. c. 20.

**I**N illo tempore: Dixit Iesu discipulis suis: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisaorum, non intrabitis in regnum caelorum. Etreliq.

Homilia S. Augustini Episcopi.

**Lib. i. de ser. Domini in monte,** c. 9.

**V**icitia Pharisaorum est, ut non occidant: iustitia eorum qui intraturi sunt in regnum caelorum, ut ne irascantur sine causa. Minimum

est ergo, non occidere: & qui illud soluerit, minimus vocabitur in regno caelorum. Qui autem illud impleuerit, ut non occidat, non contnuo magnus erit & idoneus regno caelorum: sed tamen ascendit aliquem gradum: perficietur autem, si nec irascatur sine causa: quod si perficerit, multò remotior erit ab homicidio.

## Lectio x.

**Q**uapropter qui docet ut non irascamus, non soluit legam ne occidamus, sed implet potius: ut & foris, dum non occidimus, & in corde, dum non irascimur, innocentiam custodiamus. Gradus itaque sunt in istis peccatis: ut primò quisque irascatur, & eum motum retinet at corde conceptum. Iam si extorserit vocem indignantis ipsa commotio, non significantem aliiquid, sed illum animi motum ipsa eruptione testantem, qua feriatur ille, cui irascitur: plus est vtique, quam si surgens ira silentio premeretur.

## Lectio xi.

**S**I verò non solum vox indignans audiat, sed etiam verbum, quo iam certa eius vituperationem, in quem profertur, designet & notet: quis dubitet, amplius hoc esse, quam si solus indignationis sonus edetur? Vide nunc etiam tres reatus, iudicij, concilij, & gehennæ ignis. Nam in iudicio adhuc defensioni datur locus.

## Lectio xii.

**I**N concilio autem, quamquam & iudicium esse soleat, tamen quia interesse aliquid hoc loco fateri cogit ipsa distinctione, videtur ad concilium pertinere sententiæ prolatione: quando non iam cum ipso reo agitur, utrum damndatus sit; sed inter se,

qui iudicant, conferunt quo supplcio damnari oporteat, quem constat esse damnandum. Gehenna vero ignis, nec damnationem haber dubiam, sicut iudicium; nec damnati poenam, sicut concilium: gehenna quippe ignis, certa est damnatio, & pena damnati.

**S**equentia S. Euangelij secundum Matthaeum. Cap. 5. c. 20.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nisi abundauerit iustitia vestra plus quam Scribarum, & Pharisaorum, non intrabitis in regnum caelorum. Auditistis quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio. Ego autem dico vobis: quia omnis, qui irascitur fratri suo, reus erit iudicio. Qui autem dixerit fratri suo, raca: reus erit concilio. Qui autem dixerit, fatus: reus erit gehennae ignis. Si ergo offers munus tuum ad altare, & ibi recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te: relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum.

#### Oratio.

**D**eus, qui diligentibus te bona inuisibilia praeparasti: infunde cordibus nostris tui amoris affectum: vt te in omnibus, & super omnia diligentes, promissiones tuas, quae omne desiderium superant, consequamur. Per Dominum.

**Ad Benedict. Aña.** Auditistis \* quia dictum est antiquis: Non occides: qui autem occiderit, reus erit iudicio.

**Ad Magnif. Aña.** Si offers\* munus tuum ad altare, & recordatus fueris quia frater tuus habet aliquid aduersum te, relinque ibi munus tuum ante altare, & vade prius reconciliari

fratri tuo: & tunc veniens offeres munus tuum, alleluia.

#### DOMINICA VI.

##### post Pentecosten.

Lectio sancti Euangelij secundum Marcum. Lectio ix. Cap. 8. a. 1.

**I**n illo tempore: Cum turba multa esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent: conuocatis discipulis, ait illis: Misereor super turbam: quia ecce iam triduo sustinet me, nec habent quod manducent, Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Episcopi. Lib. 6. in Luc. c. 9. post initium.

**P**oste aquam illa, quæ Ecclesiæ typum accepit, a fluxu curata est sanguinis, posteaquam Apostoli ad euangelizandum regnum Dei sunt destinati, gratia caelestis impartitur alimentum. Sed quibus impariatur, aduerte. Non otiosi, non in ciuitate, quasi in synagoga vel saeculari dignitate residentibus, sed inter deserta querentibus Christum.

##### Lectio x.

**Q**ui enim non fastidiunt, ipsi excipiunt a Christo, & cum ipsis loquatur Dei verbum, non de saecularibus, sed de regno Dei. Et si qui corporalis gerunt vlera passionalis, his medicinam suam libenter indulget. Consequens igitur erat, vt quos a vulnerum dolore sanauerat, eos alimonias spiritualibus & ieiunio liberaret.

##### Lectio xi.

**I**Taque nemo cibum accipit Christi, nisi fuerit ante sanatus: & illi qui vocantur ad coenam, prius vocando sanantur. Si claudus fuit, gradienti facultatem, vt veniret, accepit: a lumine oculorum pruatus,

ut aperiret.

vatus, domum utique Domini, nisi resuла luce, intrare non potuit.

## Lectio xij.

**V** Bique igitur mysterij ordo seruatur, ut prius per remissio- nem peccatorum vulneribus medici- na tribuatur, post alimonia mensae & celestis exuberet: quamquam nondum validioribus haec turba reficiatur alimentis, neque Christi corpore & sanguine ieiuna solidioris fidei corda pascantur. Lacte, inquit, vos potau, non esca: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis. In modum lactis quinque sunt panes: esca autem solidior, corpus est Christi; potus vehementior, sanguis est Domini.

**S**equentia sancti Euangelij secun- dum Marcum. Cap. 8. a. 1.

**I**n illo tempore: Cum turba mul- ta esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent: conuocatis di- scipulis, ait illis: Misereor super tur- bam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent: & si dimisero eos ieiunos in domum suam, deficient in via: quidam enim ex eis de longe venerunt. Et responderunt ei discipuli sui: Vnde illos quis po- terit hic saturare panibus in solitu- dine? Et interrogavit eos: Quot pa- nes habetis? Qui dixerunt: Septem. Et praecepit turbæ discumbere su- per terram. Et accipiens septem pa- nes, gratias agens fregit, & dabant di- scipulis suis ut apponenter, & appo- fuerunt turbæ. Et habebat piceculos paucos: & ipsos benedixit, & iussit apponi. Et manducauerunt, & satu- rati sunt, & sustulerunt quod supera- uerat de fragmentis, septem sportas. Erant autem qui manducauerant,

quasi quatuor millia: & dimis- cos.

## Oratio.

**D**EUS virtutum, cuius est totum quod est optimum: infere pecto- ribus nostris amorem tui nominis, & praesta in nobis religionis augmen- tum; ut quæ sunt bona, nutrias, ac pietatis studio, quæ sunt nutrita, cu- stodias. Per Dominum.

**A**d Benedictus, A.D. Cum turba multa\* esset cum Iesu, nec haberent quod manducarent: conuocatis di- scipulis, ait illis: Misereor super tur- bam: quia ecce iam triduo sustinent me, nec habent quod manducent, all-

**A**d Magnif. A.D. Misereor \* su- per turbam: quia ecce iam triduo sus- tinent me, nec habent quod man- ducent: & si dimisero eos ieiunos, deficient in via, alleluia.

## DOMINICA VII.

post Pentecosten.

Lectio S. Euangelij secundum Mat- thæum. Lectio ix. Cap. 7.c. 16.

**I**n illo tempore: Dicit Iesus di- scipulis suis: Attendite à falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in ve- stimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces. Et reliqua.

Homilia sancti Hilarij Episcopi.

In Comment. in Matth. can. 6.

**B**Landimenta verborū, & man- suetudinis simulationem ad- moner fructu operationis ex- pendit oportere; ut non qualem quis verbis referat, sed qualem se rebus officiat, spectemus: quia in multis vestitu ouium rabies lupina conte- gitur. Ergo ut spinæ vuas, ut tribuli ficus non generant, & ut iniquæ ar- bores vtilia poma non afferunt: ita ne in istis quidem consistere docet boni operis effectum, & idcirco omi-

R. s

nes

## Lectio x.

**R**egnum enim cælorum sola verborū officia non obtinent: neque qui dixerit, Domine Domine, heres illius erit. Quid enim meritum est Domino dicere, Domine? Numquid Dominus non erit, nisi fuerit dictus à nobis? Et quæ officijs sanctitas est, nominis nuncupatio, cùm cælestis regni iter obedientia potius voluntatis Dei, non nuncupatio reperitura sit?

## Lectio xi.

**M**ulti mihi dicent in illa die: Domine Domine, nonne in tuo nomine prophetauimus? Et iam nunc pseudoprophetarum fraudentiam, & hypocritarum simula menta condemnat, qui gloriam sibi ex verbi virtute præsumunt, in doctrinæ prophetia, & dæmoniorum fuga, & istiusmodi operum virtutibus. Atque hinc sibi regnum cælorum pollicentur: quasi verò eorum aliiquid proprium sit, quæ loquuntur aut faciunt, & non omnia virtus Dei inuocata perficiat: cùm doctrinæ scientiam lectio afferat, dæmonia Christi nomen exagitet. Lectio xii.

**D**e nostro igitur est beata illa æternitas promerenda, præstandumque est aliiquid ex proprio, vt bonum velimus, malum omne vitemus, totoque affectu præceptis cælestibus obtemperemus, ac talibus officiis cogniti Deo sumus: agamusque potius quod vult, quam quod potest gloriemur, repudiens eos ac repel lens, quos à cognitione sua, opera iniquitatis auerterint.

**S**equentia S. Euangeliū secundūm Matthæum. Cap. 7.c. 15.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus disci-

pulis suis: Attendite à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos. Numquid colligunt de spinis vuas, aut de tribulis ficus? Sic omnis arbor bona fructus bonos facit: mala autem arbor malos fructus facit. Non potest arbor bona malos fructus facere: neque arbor mala bonus fructus facere: Omnis arbor, que non facit fructum bonum excidetur, & in ignem mittetur. Igitur ex fructibus eorum cognoscetis eos. Non omnis, qui dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum cælorum: sed qui facit voluntatem Patris mei, qui in cælis est, ipse intrabit in regnum cælorum.

## Oratio.

**D**eus, cuius prouidentia in sui dispositione non fallitur: te supplices exoramus, ut noxia cuncta submoveas, & omnia nobis profutura concedas. Per Dominum.

**A**d Benedic̄tus, Āns. Attēdite \* à falsis prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces: à fructibus eorum cognoscetis eos, alleluia.

**A**d Magnificat, Āna. Non potest\* arbor bona fructus malos facere, nec arbor mala fructus bonos facere: omnis arbor, quæ non facit fructum bonum, excidetur, & in ignem mittetur, alleluia.

## DOMINICA VIII.

**post Pentecosten.**  
Lectio sancti Euangeliū secundūm

Lucam. Lectio ix. Cap. 16.a. 1.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc: Homo quidam erat diues, qui habebat villicum: & hic diffamatus est a-

pud

puo illum , quasi dissipasset bona ipsius . Et reliqua .

Homilia S. Hieronymi Presbyteri .  
Epist. 151. ad Algasiam, quæst. 6. to. 3.

**S**i dispensator iniqui mammona de tribulis fecit , Domini voce laudatur ,

quod de re iniqua sibi iustitiam preparavit ; & passus dispensis dominus laudat dispensatoris prudenter , quod aduersus dominum quidem fraudulentem , sed pro se prudenter egerit : quantum magis Christus , qui nullum damnum sustinere potest , & pronus est ad clementiam , laudabit discipulos suos , si in eos qui credituri sibi sunt , misericordes fuerint ?

#### Lectio x.

**D**Enique post parabolam intulit : Et ego vobis dico . Facite vobis amicos de iniquo mammona . Mammona autem non Hebraeorum , sed Syrorum lingua diuitiae nuncupantur , quod de iniquitate collectae sint . Si ergo iniquitas bene dispensata vertitur in iustitiam : quantum magis sermo diuinus , in quo nulla est iniquitas , qui & Apostolis creditus est , si bene fuerit dispensatus , dispensatores suos leuabit in celo : Lect. 7j.

**Q**Uamobrem sequitur : Qui fidelis est in minimo , hoc est , in carnalibus : & in multis fidelis erit , hoc est , in spiritualibus . Qui autem in parvo iniquus est , vt non det fratribus ad videntem , quod à Deo omnibus est creatum ; iste & in spirituali pecunia diuidenda iniquus erit , vt non pro necessitate , sed pro personis doctrinam Domini diuidat ,

#### Lectio xij.

**S**I autem , inquit , carnales diuitias , quæ labuntur , non bene dispensatis ; veras æternasque diuitias

doctrinæ Dei quis crederet vobis ? Et si in iis , quæ aliena sunt ( alienum autem est à nobis omne , quod sæculi est ) infideles fuistis : ea quæ vestra sunt , & propriè deputata homini , quis vobis credere poterit ?

Sequentia sancti Euangeli secundum Lucam . Cap. 16. a. 1.

**I**n illo tempore : Dixit Iesus discipulis suis parabolam hanc . Homo quidam erat diues , qui habebat villicum : & hic dissimilatus est apud illum quasi dissipasset bona ipsius . Et vocauit illum , & ait illi : Quid hoc audio de te ? redde rationem villicationis tuæ : iam enim non poteris villicare . Ait autem villicus intra se : Quid faciā , quia dominus meus auferat à me villicationem ? fodere non valeo , mendicare erubesco . Scio quid faciam , vt , cum amotus fuero à villicatione , recipiant me in domos suas . Conuocatis itaque singulis debitoribus domini sui , dicebat primo : Quantum debes domino meo ? At ille dixit : Centum cados olei . Dixitque illi : Accipe cautionem tuam : & sedet , scribe quinquaginta . Deinde alij dixit : Tu vero quantum debes ? Qui ait : Centum coros tritici . Ait ille : Accipe litteras tuas , & scribe octoginta . Et laudauit dominus villicum iniquitatis , quia prudenter fecisset : quia filii huius sæculi prudentiores filii lucis in generatione sua sunt . Et ego vobis dico : Facite vobis amicos de mammona iniquitatis : vt , cum defeceritis , recipiant vos in æternas tabernacula .

#### Oratio.

**L**Argire nobis , quæsumus Dño , semper spiritum cogitandi quæ recta sunt , propitius & agendi : vt qui

lue-

sine te esse non possumus, secundum  
te vivere valeamus. Per Dominum.

**Ad Benedict. Afa.** Ait Dominus \* villico: Quid hoc audio de te  
reddre rationem villicationis tuae,  
alleluia.

**Ad Magnificat. Afa.** Quid faciam,  
quia Dominus meus auferit  
a me villicationem? fodere non val-  
leo, mendicare erubesco: scio quid  
faciam, ut cum amotus fuero a villic-  
atione, recipiant me in domos suas.

## DOMINICA IX.

## post Pentecosten.

Lectio sancti Euangelij secundum  
Lucam. **Lectio ix.** Cap. 19. f. 41.

**I**n illo tempore: Cum appropin-  
quaret Iesus Ierusalem, videns ci-  
uitatem fleuit super illam, dicens:  
Quia si cognouisses & tu, & quidem  
in hac die tua, que ad pacem tibi,  
nunc autem abscondita sunt ab oculis  
tuis. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.  
*Homil. 39. in Euangelia.*

**Q**vod a flente Domino illa  
Ierosolymorum subuersio  
describitur, qua a Vespasiano & Tito Romanis Principibus  
facta est, nullus qui historiam euer-  
sionis eiusdem legit, ignorat. Roma-  
ni etenim Principes denunciantur,  
cum dicitur: Quia venient dies in  
te, & circumdabunt te inimici tui  
vallo. **Lectio x.**

**H**oc quoque quod additur: Non  
relinquent in te lapidem super  
lapidem: etiam iam ipsa eiusdem ci-  
uitatis transmigratio restatur; quia  
dum nunc in eo loco constructa est,  
ubi extra portam fuerat Dominus  
crucifixus, prior illa Ierusalem, vt  
dicitur, funditus est eueria.

## Dominica ix. post Pentecosten.

## Lectio xi.

**C**ui ex qua culpa euerionis sua  
pena fuerit illata, subiungitur;  
Eo quod non cognoveris tempus vi-  
lationis tuae. Creator quippe ho-  
minum per incarnationis suæ my-  
sterium hanc visitare dignatus est;  
sed ipsa timoris & amoris illius re-  
cordata non est. Vnde etiam per  
Prophetam in increpatione cordis  
humani aues cœli ad testimonium  
dedicuntur, dum dicitur: Miluus in  
cœlo cognovit tempus suum, turtur  
& hirundo & ciconia custodierunt  
tempus aduentus sui: populus autem  
meus non cognovit iudicium Do-  
mini. **Lectio xii.**

**F**leuit etenim prius Redemptor  
ruinam perfidae ciuitatis, quam  
ipsa sibi ciuitas non cognoscebat esse  
venturam. Cui a flente Domino re-  
petè dicitur: Quia si cognouisses, &  
tu subaudi, fratres; quæ modò quia  
nescis quod imminet, exultas. Vnde  
& subditur: Et quidem in hac die tua,  
quæ ad pacem tibi. Cum enim car-  
nis se voluntatibus daret, & ventura  
mala non prospiceret; in die sua, quæ  
ad pacem esse ei poterant, habebat.

**S**equentia sancti Euangelij secun-  
dum Lucam. Cap. 19. f. 41.

**I**n illo tempore: Cum appropin-  
quaret Iesus Ierusalem, videns ci-  
uitatem fleuit super illam, dicens:  
Quia si cognouisses & tu, & quidem  
in hac die tua, quæ ad pacem tibi:  
nunc autem abscondita sunt ab oculis  
tuis. Quia venient dies in te: &  
circumdabunt te inimici tui vallo, &  
circumdabunt te: & coangustabunt te  
vndique: & ad terram prosterne-  
te, & filios tuos, qui in te sunt, & non  
relinquent in te lapidem super lapi-  
dem;

dem : ed quod non cognoueris tempus visitationis tuae. Et ingressus in templum , coepit eis cere vendentes in illo, & ementes, dicens illis : Scriptum est : Quia domus mea domus orationis est. Vos autem fecistis illum speluncam latronum. Et erat docens quotidie in templo. **Oratio.**

**P**ateant aures misericordiae tuæ , Domine, precibus supplicantiū : & vt perentibus desiderata concedas ; fac eos , quae tibi sunt placita , postulare. Per Dominum nostrum.

**Ad Benedictus, Aia.** Cūm appro-  
pinquaret \* Dominus Ierusalem, vi-  
dens ciuitatem, fleuit super illam, &  
dixit : Quia si cognouisses , & tu :  
quia venient dies in te , & circumda-  
bunt te inimici tui vallo, & circumda-  
bunt te, & coangubabunt te vnde-  
que, & ad terram prosterrente : ed  
quod non cognouisti tempus visita-  
tionis tuae, alleluia.

**Ad Magnificat, Aia.** Scriptum  
est \* enim : Quia domus mea domus  
orationis est cunctis gentibus : vos  
autem fecistis illum speluncam la-  
tronum : & erat quotidie docens in  
templo.

**D O M I N I C A X.**  
post Pentecosten,  
Lectio S. Euangelij secundum  
Lucam.

**Lectio ix.** Cap. 18. b 9.

**I**n illo tempore : Dixit Iesus ad quosdam , qui in se confidebant tamquam iusti & aspernabantur ceteros, parabolam istam : Duo homines ascenderunt in templum ut orarentur : unus Phariseus, & alter Publicanus. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi.  
Ser. 36. de verbis Domini, circa med.

**D**iceret saltem Phariseus : Non sum sicut multi homi-  
nes. Quid est , ceteri homi-  
nes, nisi omnes præter ipsum ? Ego,  
inquit, iustus sum, ceteri peccatores.  
Non sum sicut ceteri homines, iniu-  
sti, raptiores, adulteri. Et ecce tibi ex  
vicino publicano maioris tumoris  
occasio. Sicut , inquit, publicanus  
iste. Ego, inquit, solus sum : iste de  
ceteris est. Non sum, inquit, talis ,  
qualis iste , per iusticias meas, quibus  
iniquus non sum. **Lectio x.**

**I**eiuno bis in sabbato, de cimas do-  
minium quæ possideo. Quid ro-  
gauerit Deum, quare in verbis eius;  
nil inuenies. Ascendit orare : no-  
luit Deum rogare, sed se laudare. Pa-  
rum est, nō Deum rogare, sed se lau-  
dare; insuper & roganti insultare.

**Lectio xi.**

**P**ublicanus autem de longinquuo  
stebat , & Deo tamen ipse pro-  
pinquabat : cordis conscientia eum  
remouebat, pietas applicabat. Pu-  
blicanus autem de longinquuo stebat,  
sed Dominus eum de propinquuo at-  
tendebat. Excelsus enim Domi-  
nus, & humilia respicit: excelsos au-  
tem , qualis erat ille Phariseus , à  
longe cognoscit. Excelsa quidem  
Deus à longe cognoscit , sed non  
ignoscit.

**Lectio xii.**

**A**dhuc audi humilitatem publi-  
cani. Parum est, quia de lon-  
ginquuo stebat ; nec oculos suos ad  
caelum leuabat : vt aspiceretur, non  
aspiciebat : respicere sursum non au-  
debat : premebat conscientia , spes  
subleuabat. Adhuc audi : percutie-  
bat peccatum suum. Pœnas à seipso exi-  
gebat: propterea Dominus confiten-  
ti

ti parcebat. Percutiebat pectus suum, dicens: Domine, propitius esto mihi peccatori. Ecce qui roget. Quid miraris, si Deus ignorat, quando ipse agnoscit?

**S**equentia sancti Euangelij secundum Lucam. Cap. 18. b. 9.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus ad quosdam, qui in se confidebant tamquam iusti, & apernabantur ceteros, parabolam istam: Duo homines ascenderunt in templum ut orarent: unus Phariseus, & alter publicanus. Phariseus stans, haec apud se orabat: Deus gratias ago tibi, quia non sum sicut ceteri hominum: raptiores, iniusti, adulteri: velut etiam hic publicanus: ieuno bis in sabbato: decimas do omnium quae possideo. Et publicanus a longe stans, nolebat nec oculos ad celum leuare: sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus propitius esto mihi peccatori. Dico vobis, descendit hic iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

#### Oratio.

**D**eus, qui omnipotentiam tuam parcendo maxime & miserando manifestas: multiplica super nos misericordiam tuam; ut ad tua promissa currentes, caelestium bonorum facias esse consores. Per Dominum.

**Ad Benedictus, Aña.** Stans a longe\* publicanus, nolebat oculos ad celum leuare, sed percutiebat pectus suum, dicens: Deus, propitius esto mihi peccatori.

**Ad Magnif. Aña.** Descendit hic\* iustificatus in domum suam ab illo: quia omnis qui se exaltat, humiliabitur: & qui se humiliat, exaltabitur.

#### DOMINICA XI. post Pentecosten.

Lectio sancti Euangelij secundum Marcum. **Lectio ix.** Cap. 7 d. 21.

**I**n illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilææ, inter medios fines Decapo' eos. Et reliqua.

Homilia sancti Gregorij Papæ.

*Homil. 10. lib. 1. in Ezech. ante med.*

Vid est, quod creator omnium Deus, cum surdum & mutum sanare voluisset, in aures illius suos digitos misit, & expuens linguam eius tetigit? Quid per digitos Redemptoris, nisi dona sancti Spiritus designantur? Vnde cum in alio loco exercisset dæmonium, dixit: Si in digito Dei exercit dæmonia, profecto peruenit in vos regnum Dei. Quia de re per Euangeliastam alium dixisse describitur: Siego in Spiritu Dei exercit dæmones, igitur peruenit in vos regnum Dei. Ex quo vroque loco colligitur, quia digitus Spiritus vocatur.

#### Lectio x.

**D**igitos ergo in auriculas mittere, est per dona Spiritus sancti mentem surdi ad obedientium aprire. Quid est verò, quod expuens linguam eius tetigit? Salvia nobis est ex ore Redemptoris, accepta sapientia in eloquio diuinio. Salvia quippe ex capite defluit in ore. Ea ergo sapientia, quae ipse est, dum lingua nostra tangitur, mox ad prædictoris verba formatur.

#### Lectio xi.

**Q**ui suspiciens in celum, ingenuit: non quod ipse necessarium gemitum haberet, qui dabat quod postulabat: sed nos ad eum gemi-

gem

## Oratio.

**O**mnipotens sempiterne Deus, qui abundantia pietatis tuae, & merita supplicum excedis & vota: effunde super nos misericordiam tuam; ut dimittas quae conscientia meruit, & adicias quod oratio nostra praesumit. Per Dominum.

## Lectio xij.

**C**ontra ephphetha, id est, adaperire, dicitur: & statim aperitæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguae eius. Quia in re notandum est, quia propter clausas aures dictum est, adaperire. Sed cui aures cordis ad obediendum aperitæ fuerint, ex subsequenti proculdubio etiam lingue eius vinculum solutur: ut bona quæ ipse fecerit, etiam facienda alius loquatur. Vbi bene additur: Et loquebatur recte. Ille enim recte loquitur, qui prius obediendo fecerit, quæ loquendo admonet esse facienda.

**S**equentia sancti Euangeli secundum Marcum. Cap. 7. d. 31.

**I**n illo tempore: Exiens Iesus de finibus Tyri, venit per Sidonem ad mare Galilee, inter medios fines Decapoleos. Et adducunt ei surdum & mutum, & deprecabantur eum, ut imponat illi manum. Et apprehendens eum de turba seorsum, misit digitos suos in auriculas eius: & expuens, tetigit linguam eius: & suspiciens in cælum, ingemuit, & ait illi: Ephphetha, quod est adaperire. Et statim aperitæ sunt aures eius, & solutum est vinculum linguae eius, & loquebatur recte. Et præcepit illis ne cui dicerent. Quanto autem eis præcipiebat, tanto magis plūs prædicabant: & eo amplius admirabantur, dicentes: Bene omnia fecit: & surdos fecit audire, & mutos loqui.

## Ad Benedictus, Antiphona.

Cum transisset \* Dominus fines Tyri, surdos fecit audire, & mutos loqui.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Bene omnia \* fecit, & surdos fecit audire, & mutos loqui.

## DOMINICA XII.

post Pentecosten.

Lectio sancti Euangeli secundum Lucam,

Lectio xii. Cap. 10. c. 32.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Beati oculi, qui vident quæ vos videntis. Dico enim vobis, quod multi Prophetæ & reges voluerunt videre quæ vos videntis, & non viderunt. Et reliqua.

Homilia venerabilis Bedæ Presb.

Lib. 3. cap. 43. in Luc. 10.

**N**on oculi Scribarum & Pharisæorum, qui corpus tantum Domini viderere; sed illi beati oculi, qui eius possunt cognoscere sacramenta, de quibus dicitur: Et reuelasti ea parvulis. Beati oculi parvolorum, quibus & se & Patrem Filius reuelare dignatur. Abram exultauit ut videret diem Christi: & vidit, & gauisus est. Lectio x.

**I**saias quoque, & Michæas, & multi alij Prophetæ viderunt gloriam Domini: qui & propterea Videntes sunt appellati: sed hi omnes a longè aspicientes & salutantes.

per

per speculum & in ænigmate vide-  
tunt. Apostoli autem in præsentia-  
rum habentes Dominum , conue-  
scentesque ei, & quæcumque volui-  
sest interrogando dicentes , nequa-  
quam per Angelos, aut varias visiones  
species opus habebant doceri.

## Lectio xj.

**Q**uos vero Lucas multos Pro-  
phetas & reges dicit, Matthæ-  
us apertius Prophetas & iustos app-  
ellat. Ipsi sunt enim reges magni:   
quia tentationum suarum motibus  
nona consentiendo succumbere , sed  
regendo præesse nouerunt. Et ecce  
quidam Legisperitus surrexit , ten-  
tans eum , & dicens: Magister, quid  
faciendo vitam æternam possidebo?

## Lectio xii.

**L**egisperitus, qui de vita æterna  
Dominum tentans interroget,  
eccasione, ut reor, tentandi de ipsis  
Domini sermonibus sumpsit, ubi ait:  
Gaudete autem quod nomina vestra  
scripta sunt in cælis. Sed ipsa sua ten-  
tatione declarat , quam vera sit illa  
Domini confessio , qua Patri loqui-  
tur: Quod abscondisti hæc à sapien-  
tibus & prudentibus , & reuelasti ca-  
parulis.

Sequentia sancti Euangeli secun-  
dum Lucam. Cap. 10. d. 23.

**I**n illo tempore : Dixit Iesus di-  
scipulis suis: Beati oculi , qui vi-  
dent quæ vos videris. Dico enim vo-  
bis, quod multi Prophetæ , & reges  
voluerunt videre quæ vos videtis, &  
non viderunt ; & audire quæ audi-  
tis, & non audierunt. Et ecce quidam  
Legisperitus surrexit tentans illum ,  
& dicens : Magister quid faciendo  
vitam æternam possidebo? At ille di-  
xit ad eum : In lege quid scriptum

est ? Quid modo legis ? Ille respon-  
dens, dixit : Diliges Dominum De-  
um tuum ex toto corde tuo, & ex ro-  
ta anima tua , & ex omnibus viribus  
tuis, & ex omni mente tua: & proxi-  
mum tuum sicut te ipsum. Dixitque  
illi: Recte respondisti : hoc fac , &  
viues. Ille autem volens iustificare  
seipsum, dixit ad Iesum : Et quis est  
meus proximus ? Suscipiens autem  
Iesus, dixit: Homo quidam descendebat  
ab Ierusalem in Iericho , & inci-  
dit in latrones, qui etiam despoliae-  
runt eum : & plagiis impositis abie-  
runt semiuius relicto. Accidit au-  
tem ut sacerdos quidam descendenter  
eadem via : & viso illo præteriuit. Si-  
militer & Leuita, cum esset secus locum ,  
& videret eum, pertransit. Sa-  
maritanus autem quidam iter faciens ,  
venit secus eum : & videntes eum, mi-  
sericordia motus est. Et appropians,  
alligavit vulnera eius, infundens oleum ,  
& vinum : & imponens illum in  
iumentum suum, duxit in stabulum ,  
& curam eius egit. Et altera die pro-  
tulit duos denarios , & dedit stabula-  
rio, & ait: Curam illius habe: & quod-  
cumque supererogaueris , ego cum  
rediero reddam tibi. Quis horum  
trium videtur tibi proximus fuisse  
illi, qui incidit in latrone? At ille di-  
xit: Qui fecit misericordiam in illius.  
Et ait illi Iesus: Vade, & tu fac simi-  
liter.

## Oratio.

**O**mnipotens & misericors Deus ,  
de cuius munere venit, ut tibi à  
fidelibus tuis dignè & laudabiliter  
seruiatur : tribue quæsumus nobis ;  
ut ad promissiones tuas sine offendis-  
ne curramus. Per Dominum.

Ad Benedictus, Antiphona:  
Magister, \* quid faciendo, vitam æ-  
ternam

ternam

ternam possidebo: at ille dixit ad eum: In Legi quid scriptum est: quomodo legis: Diliges Dominum Deum tuum ex corde tuo, alleluia.

**Ad Magnif. Aña.** Homo quidam descendebat ab Ierusalem in Iericho, & incidit in latrones; qui etiam despoliauerunt eum, & plagiis impo- stis abierunt, semiuiuo relicto.

### DOMINICA XIII.

post Pentecosten.

**Lectio 5. Euangelij secundum Lu-**  
cam. **Lectio ix.** Cap. 17. c. 11.

**I**n illo tempore: Dum iret Iesus in Ierusalē, transibat per medium Samariam, & Galilæam. Et cum ingredieretur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi. Et reliquias. **Homilia S. Augustini Episcopi.**

**Lib. 2. quest. Euang. c. 40.**

**D**e decem leprosis, quos Dominus ita mundauit, cum ait: Ite, ostendite vos sacerdotibus; quare potest, cur eos ad sacerdotes miserit, ut cum irent, mundarentur. Nullum enim eorum, quibus hæc corporalia beneficia præstiterit, inuenitur misisse ad sacerdotes, nisi leprosos. Nam & illum à lepra mundauerat, cui dixit: Vade, ostende te sacerdotibus, & offer pro te sacrificium, quod præcepit Moyses, in testimonium illis.

**Lectio x.**

**Q**værendum igitur est, quid ipsa lepra significet: non enim sanati, sed mundati dicuntur, qui ea caruerunt. Coloris quippe vitium est, non valetudinis, aut integratatis sensuum atque membrorum. Leprosi ergo non absurdè intelligi possunt, qui seichtiam veræ fidei non habentes, varias doctrinas profitentur erroris. Non enim abscondunt impe-

ritiam suam, sed pro summa peritia proferunt in lucem, & iactantia sermonis ostentant.

**Lectio xi.**

**N**illa porrò falsa doctrina est, quæ non aliqua vera intermisceat. Vera ergo falsis inordinatè permixta, in una disputatione vel narratione hominis, tamquam in unius corporis colore apparentia, significant lepram, tamquam veris falsisque colorum fucis humana corpora varitatem atque maculamentem.

**Lectio xii.**

**H** I autem tamen vitandi sunt Ecclesiæ, ut si fieri potest, longius remoti, magno clamore Christum interpellent: sicut isti decem steterunt à longè, & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miterere nostri. Nam & quod præceptorem vocant, quo nomine nescio vitū quam Dñm interpellauerit pro medicina corporali; satis puto significare, lepram falsam esse doctrinam, quam bonus præceptor ablitergit.

**S**equentia S. Euangelij secundum Lucam. Cap. 17. c. 11.

**I**n illo tempore: Dum iret Iesus in Ierusalem, transibat per medium Samariam & Galilæam. Et cum ingredieretur quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi, qui steterunt à longè: & leuauerunt vocem, dicentes: Iesu præceptor, miterere nostri. Quos vt vidit, dixit: Ite, ostendite vos sacerdotibus. Et factum est, dum irent, mundati sunt. Vnus autem ex illis, vt vidit quia mundatus est, regressus est, cum magna voce magnificans Deum, & coecidit in faciem ante pedes eius, gratias agens: & hic erat Samaritanus. Respondens autem Iesus, dixit: Nonne

decem

¶

decem mundati sunt? & nouem vbi sunt? Non est inuentus qui rediret, & daret gloriam Deo, nisi hic alienigena. Et ait illi: Surge, vade: quia fides tua te saluum fecit.

**O**Mnipotens sempiterne Deus, da nobis fidei, ipsi, & charitatis augmentum: & ut mereamur a sequi quod promisisti, fac nos amare quod praecipis. Per Dominum.

*Ad Benedictus, Antiphona.*

Cum transiret \* Iesus quoddam castellum, occurrerunt ei decem viri leprosi: qui steterunt a longe, & levauerunt vocem, dicentes: Iesu praeceptor, miserere nostri.

*Ad Magnificat, Aña.* Vnus autem \*

ex illis, ut videt quod mundatus est, regressus est cum magna voce magnificans Deum, alleluia.

#### Dominica XIV. post Pentecosten.

Lectio S. Evangelij secundum Matthæum. *Lectio ix.* Cap. 6. c. 24.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duobus dominis seruire. Et reliqua.

Homilia S. Augustini Episcopi. Lib. 2. de ser. Domini in mont. c. 14.

**N**emo potest duobus dominis seruire. Ad hanc ipsam intentionem referendum est, quod consequenter exponit, dicens:

Aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut alterum patieret, & alterum contemnet. Quæ verba diligenter consideranda sunt: nam, qui sunt duo domini, deinceps ostendit, cum dicit: Non potestis Deo seruire, & mammonæ.

**M**Ammona apud Hebraeos diuinae appellari dicuntur. Congruit & Punicum nomine: nam lucrum

Punicè marion dicitur. Sed qui seruit mammonæ, illi vitique seruit, qui rebus istis terrenis merito suæ pertueritatis præpositus, magistratus huius saeculi à Domino dicitur.

*Lectio x.*

**A**Vt enim vnum odio habebit homo, & alterum diligit, id est, Deum: aut alterum patietur, & alterum contemnet. Patietur enim durum & perniciosum dominum, quisquis seruit mammonem: sua enim cupiditate implicatus, subditur diabolo, & non eum diligit. Quis enim est qui diligit diabolum? sed tamen patitur.

*Lectio xi.*

**I**Deo, inquit, dico vobis, non habere sollicitudinem animæ vestrae quid edatis, neque corpori vestro quid induatis: ne forte, quamvis iam superflua non querantur, propter ipsa necessaria cor duplicitur, & ad ipsa conquirenda, nostra detorquunt intentio, cum aliquid quasi misericorditer operamur: id est, ut, curia consulere alicui videri volumus, nostrum emolumentum ibi potius, quam illius vilitatem attendamus; & ideo nobis non videamur peccare, quia non superflua, sed necessaria sunt, quæ consequi volumus.

**S**equentia S. Evangelij secundum Matthæum. Cap. 6. c. 24.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Nemo potest duabus dominis seruire: aut enim vnum odio habebit, & alterum diligit: aut vnum sustinebit, & alterum contemnet. Non potestis Deo seruire, & mammonæ. Ideo dico vobis, ne solliciti sitis anima vestrae quid manducetis, neque corpori vestro quid in diuamini. Non anima plus est quam eis.

elsa: & corpus plus quam vestimentum? Respicite volatilia caeli, quoniam non ferunt, neq; metunt, neq; congregant in horrea: & Pater vester celestis pascit illa. Nonne vos magis pluris estis illis? Quis autem vestrum cogitans, potest adiicere ad statuam suam cubitum vnum? Et de vestimento quid solliciti estis? Considerate lilia agri, quomodo crescent: non laborant, neq; nent. Dico autem vobis, quoniam nec Salomon in omni gloria sua cooperatus est sicut vnu ex ipsis. Si autem fænum agri, quod hodie est, & cras in elibandum mittitur, Deus sic vestit: quanto magis vos modicæ fidei? Nolite ergo solliciti esse, dicentes: Quid manducabimus, aut quid bibemus, aut quo operiemur? Hæc enim omnia gentes inquirunt. Scit enim Pater vester, quia his omnibus indigetis. Quarite ergo primum regnum Dei, & iustitiam eius: & haec omnia adiicetur vobis. *Oratio*

**C**ustodi Domine, quæsumus  
Ecclesiam tuam propitiatione  
perpetua: & quia sine te labitur hu-  
mana mortalitas; tuis semper auxi-  
liis & abstrahatur à noxiis, & ad sa-  
lutaria dirigatur. Per Dominum.  
**Ad Bened. Añ.** Nolite \* solliciti es-  
se, dicentes: Quid manducabimus  
aut quid bibemus? scit enim Pater  
noster, quid vobis necesse sit, allel.  
**Ad Magnif. Añ.** Quærите \* primi  
regnum Dei, & iustitiam eius, & ha-  
omnia adiicientur vobis, alleluia.

## DOMINICA XV

## post Pentecosten.

**Lectio S. Euangelij secundum Lu-**  
**cam. Lectio ix. Cap. 7. b. IX.**

**I**n illo tempore: Ibat Iesus in ci-  
uitatem, quæ vocatur Naim: &

ibant cum eo discipuli eius, & turba copiosa. Et reliqua.

**Homilia S. Augustini Episcopi.**  
**Ser. 44. de verbis Domini, circa init.**

**D**E iuuenie illo resuscitato  
gauisa est mater vidua : de  
hominibus in spiritu quoti-  
die suscitatis gaudet mater Ecclesia.  
Ille quidem mortuus erat corpore :  
illi autem mente. Illius mors visi-  
bilis visibiliter plangebatur: illorum  
mors inuisibilis nec quærebatur,  
nec videbatur. Quæsusit ille, qui  
nouerat mortuos. Ille folus nouerat  
mortuos, qui poterat facere viuos.  
Nisi enim ad mortuos suscitandos  
venisset, Apostol<sup>o</sup> non diceret: Surge  
qui dormis, & exurge à mortuis, &  
illuminabit te Christus. **Lectione x.**

**T**res autem mortuos inuenimus a Domino resuscitatos visibiliter, millia inuisibiliter. Quod autem mortuos visibiliter suscitaverit, quis nouit? Non enim omnia, quæ fecit, scripta sunt. Ioannes hoc dixit: Multa alia fecit Iesus: quæ si scripta essent, arbitror totum mundum non posse libros capere. Multe ergo sunt alij sine dubio suscitatæ sed non tres frustra commemorati.

**D**ominus enim noster Iesus Christus, ea quae faciebat corporaliter, etiam spiritualiter volebat intelligi. Neque enim tantum miracula propter miracula faciebat: sed in illa quae faciebat, mira essent videntibus, vera essent intelligentibus. Quemadmodum qui videt litteras in codice optimè scripto, & non noui legere, laudat quidem antiquarij manus, admirans apicum pulchritudinem: sed quid ubi velint, qui

incident illi apices, nescit, & est ocu-  
lis laudator, mente non cognitor.

## Lectione xii.

**A**lius autem & laudat artifici-  
um, & capit intellectum: ille  
vtique, qui non solum videre, quod  
commune est omnibus, potest, sed  
etiam legere; quod qui non didicit,  
non potest. Ita qui viderunt Christi  
miracula, & non intellexerunt quid  
sibi vellent, & quid intelligentibus  
quodammodo innuerent, mirati sunt  
tantum quia facta sunt: alij vero &  
facta mirati, & intellecta affecuti.  
Tales nos in schola Christi esse de-  
bemus.

Sequentia sancti Euangeli secun-  
dum Lucam. Cap. 7. b. 11.

**I**n illo tempore: Ibat Iesus in ci-  
uitatem, quæ vocatur Naim: &  
ibant cum eo discipuli eius, & turba  
copiosa. Cum autem appropinqua-  
ret porta ciuitatis, ecce defunctus  
efferebatur filius unicus matris suæ:  
& hæc vidua erat: & turba ciuitatis  
multa cum illa. Quam cum vidiisset  
Dominus, misericordia motus super  
eam, dixit illi: Noli flere. Et affec-  
tit, & tetigit loculum. (Hi autem,  
qui portabant, steterunt.) Et ait: A-  
dolescens, tibi dico, surge. Et re-  
sedidit qui erat mortuus, & coepit lo-  
qui. Et dedit illum matri suæ. Ac-  
cepit autem omnes timor: & magnifi-  
cabant Deum, dicentes: Quia pro-  
pheta magnus surrexit in nobis: &  
quia Deus visitauit plebem suam.

## Oratio.

**E**cclasiam tuam, Domine, miser-  
ratio continuata munderet & mu-  
niat: & quia sine te nos potest salua  
confistere, tuo semper munere gu-  
bernesur, Per Dominum,

## Ad Benedictus, Antiphona.

Ibat Iesus\* in ciuitatem quæ voca-  
tur Naim: & ecce defunctus effe-  
batur filius unicus matris suæ.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Propheta magnus\* surrexit in no-  
bis, & quia Deus visitauit plebem  
suam.

## DOMINICA XVI.

## post Pentecosten.

Lectio sancti Euangeli secundum  
Lucam. Lectione ix. Cap. 14. a. 1.

**I**n illo tempore: Cum intraret Ie-  
sus in dominum cuiusdam principis  
Phariseorum sabbato manducare  
panem, & ipsi obseruabant eum. Et  
ecce homo quidam hydropicus erat  
ante illum. Et reliqua.

Homilia S. Ambrosij Episcopi.

Lib. 7. in Lnc. c. 14.

**C**vratus hydropicus, in quo  
fluxus carnis exuberans ani-  
mæ grauabat officia, spiritus  
extinguebat ardorem. Deinde doce-  
tur humilitas, dum in illo conuiuo  
nuptiali appetentia loci superioris  
arcetur: clementer tamen, ut per-  
suasio humanitatis asperitatem co-  
ercitionis excluderet, ratio profice-  
ret ad persuasions effectum, & cor-  
rectio emendaret affectum.

## Lectione x.

**H**ic quasi proximo limine hu-  
manitas copulatur: quæ ita  
Dominicæ sententiæ definitione di-  
stinguitur, si in pauperes & debiles  
conteratur: nam hospitalem esse re-  
muneratur, affectus aurariae est.  
Postremo iam quasi emeritæ militig-  
viro contemnendarum stipendum  
præscribitur facultatum: quod neque  
ille, qui studiis intentus inferioribus  
possessiones ubi terrenas coemit &  
regnum

Dominica xvij. & xviij.

post Pentecosten.

641

regnum cæli possit adipisci, cum Do-  
minus dicat: Vende omnia tua, &  
sequere me.

Lectio xi.

**N**ec ille, qui emit boues: cùm  
Elisæus occiderit, & populo  
diuiserit quos habebat: & ille qui  
duxit vxorem, cogitet quæ mundi  
sunt, non quæ Dei. Non quo coniu-  
gium reprehendatur, sed quia ad ma-  
iorem honorem vocetur integritas:  
quoniam mulier innupta, & vidua co-  
gitat quæ sunt Domini, vt sit sancta  
corpo & spiritu. Lectio xij.

**S**ed vt in gratiam, vt suprà cum  
viduis, ita nunc etiam cum con-  
jugib[us] reuertamur: non refugimus  
opinionem, quam sequuntur pleri-  
que, vt tria genera hominum à con-  
fortio magna illius co[n]tra aestime-  
mus excludi: Gentilium, Iudeorum,  
Hæreticorum. Et ideo Apostolus a-  
uaritiam dicit esse fugiendum: ne  
impediti more Gentili, iniuriant,  
malitia, impudicitia, avaritia, ad re-  
gnum Christi peruenire nequeamus.  
**O**mnis enim immundus, aut avarus,  
quod est idolorū seruitus, non habet  
hereditatem in regno Christi & Dei.

**S**equentia S. Euangeli secundum  
Lucam: Cap. 14. a. 1.

**I**n illo tempore: Cùm intraret  
Iesus in domum cuiusdam prin-  
cipis Pharisæorum sabbato man-  
ducare panem, & ipsi obseruant  
eum. Et ecce homo quidam hyd-  
ropicus erat ante illum. Et respondens  
Iesus dixit ad Legisperitos, & Phari-  
sæos, dicens: Si licet Sabbato cura-  
re? At illi tacuerunt. Ipse vero ap-  
prehensum sanauit eum, ac dimisit.  
Et respondens ad illos, dixit: Cuius  
vestrum assimus aut bos in puteum  
cadet, & non continuo extrahet illu-

die Sabbati? Et non poterant ad hæc  
respondere illi. Dicebat autem & ad  
inuitatos parabolam, intendens quo-  
modo primos accubitus eligerent,  
dicens ad illos: Cùm inuitatus fue-  
ris ad nuptias, non discumbas in pri-  
mo loco, ne forte honoratior te sit  
inuitatus ab illo: & veniens is, qui  
te & illum vocavit, dicat tibi: Da huic  
locum: & tunc incipias cum rubore  
nouissimum locum tenere, sed cùm  
vocatus fueris, vade, recumbe in no-  
uissimo loco: vt, cum venerit quicke  
inuitauit, dicat tibi: Amice, ascende  
superiùs. Tunc erit tibi gloria coram  
similis discubentibus: quia omnis  
qui se exaltat, humiliabitur: & qui  
se humiliat, exaltabitur. Oratio.

**T**va nos, quæsumus Dñe, gratia  
semper & præueniat & sequar-  
tur: ac bonis operibus iugiter præ-  
stet esse intentos. Per Dominum.

Ad Benedictus, Antiphona.

Cùm intraret Iesus \* in domum cu-  
iujdam principis Pharisæorum sab-  
bato manducare panem: ecce homo  
quidam hydropicus erat ante illum:  
ipse vero apprehensum sanauit eum,  
ac dimisit.

Ad Magnificat, Antiphona.

Cùm vocatus \* fueris ad nuptias, re-  
cumbe in nouissimo loco; vt dicat  
tibi quicke inuitauit: Amice, ascendē  
superiùs: & erit tibi gloria coram si-  
mul discubentibus, alleluia.

**D O M I N I C A X V I I.**  
post Pentecosten.

Lectio sancti Euangeli secundum  
Matthæū. Lectio ix. Cap. 22. d. 35.

**I**n illo tempore: Accesserunt ad  
Iesum Pharisæi: & interrogauit  
eum unus ex eis legis doctor, ten-  
tans eum: Magister, quod est man-

Sf. 3

datum

datum magnum in lege? Et reliqua:  
Homilia S. Ioannis Chrysostomi.  
*Homilia 72. in Matth.*

**S** Adducēs confusis, Pharisei  
rursus aggrediuntur: cūque  
quiescere oporteret, decertare  
voluerunt; & legis peritiam profi-  
tentem præmittunt, non discere, sed  
tentare cupientes: ac ita interro-  
gant, Quodnam primum mandatum  
in Lege sit. Nam cūm primum illud  
sit, Diliges Dominum Deum tuum:  
putantes causas sibi allaturum ad  
mandatum hoc corrigendū, aliquid  
addendo, quoniā Deum se faciebat,  
hoc modo interrogant.

**Lectio x.**

**Q** Vid igitur Christus? Ut ostendat idcirco ad hæc eos deuenisse, quia nulla in eis est charitas, sed inuidiæ luore tabescerent: Di-  
liges, inquit, Dominum Deum tuum: hoc primum & magnum man-  
datum est Secundum autem simile  
huic: Diliges proximum tuum si-  
cū te ipsum.

**Lectio xi.**

**Q** Vamobrem simile est huic:  
quoniam hoc illud inducit, &  
ab illo rursus munitur. Quicumque  
enim malè agit, odio habet lucem, &  
non venit ad lucem. Et rursus: Dixit  
insipiens in corde suo, Non est Deus.  
Deinde sequitur: Corrupti sunt, &  
abominabiles facti sunt in studiis suis. Et iterum: Radix omnium ma-  
lorum avaritia est: quam quidam ap-  
petentes, errauerunt à fide. Et, Qui  
diligit me, mandata mea serubabit:  
quorum caput & radix est, Diliges  
Dñm Deum tuum, & proximum tu-  
um sicut te ipsum.

**Lectio xii.**

**S** I ergo diligere Deum, diligere  
proximum est: (nam si diligis me,

ó Petre, inquit, pasce oves meas) si  
etiam dilectio proximi facit ut man-  
data custodias: meritò ait in his totā  
Legē & Prophetas pédere. Et quem-  
admodum in superioribus, cū de  
resurrectione interrogaretur, plus  
docuit quām tentantes petebant: s̄o  
in hoc loco de primo interrogatus  
mandato, secundum etiam non valde  
quām primum inferius, sponte at-  
tulit: secundum enīm est primo simile.  
Ita occulte insinuauit, odio  
illos ad quærendum incitari. Cha-  
tas enim, inquit, non æmulator.

**S** equentia S. Euangelij secundum  
Matthæum. Cap. 22. d. 35.

**I**n illo tempore: Acceserunt aq  
Iesum Pharisei: & interrogauit  
eum vnu ex eis legis doctor, tentans  
eum: Magister, quod est mandatum  
magnum in Lege? Ait illi Iesus: Dilige-  
tes Dominum Deum tuum ex toto  
corde tuo, & in tota anima tua, & in  
tota mente tua. Hoc est maximum  
& primum mandatum. Secundum  
autem simile, est huic: Diliges pro-  
ximum tuum, sicut te ipsum. In his  
duobus mandatis vniuersa lex pen-  
det, & prophetæ. Congregatis autem  
Phariseis, interrogauit eos Ies-  
sus, dicens: Quid vobis videtur de  
Christo? Cuius filius est? Dicunt ei: Dauid. Ait illis: Quomodo ergo  
Dauid in spiritu vocat eum Do-  
minus, dicens: Dicit Dominus Do-  
mino meo: sede à dextris meis, do-  
nec ponam inimicos tuos scabel-  
lum pedum tuorum? Si ergo Dauid  
vocat eum Dominum, quomodo  
filius eius est? Et nemo poterat ei  
respondere verbum: neque ausus  
fuit quisquam ex illa die cum am-  
plius interrogare.

**Oratio.**

Dominica  
Quinta  
A statu Domini  
rue diabolico van  
zolum Deum  
Per Dominum  
Ad Beati Ati. M  
est mandatum regnandi  
illuc leuit. Diligent  
rum expulsione  
Ad Regem die  
debet & debet cum  
Dicte omnes. Dom  
Iesus. Quomodo Da  
vocat eum. Dic  
Davida meo. Sede  
DOMINI  
yohannes  
Lectio S. Euangelij  
thomae. Lectio  
IN illo tempore  
In eundem  
venientia capitulo  
Hon. S. Petri  
C. Hieronim  
C. dominus gen  
la exercitatio ne  
etua monachorum  
in novicium, q  
nit in contum  
qui fugatis fu  
vidavit, vel i  
fupentes vnde  
moniti coe  
N. Once hi  
bus mar  
ut, viuter lig  
fus solitudin  
Et quid eli, op  
dereta frena  
latus translat  
transfateret  
viciacum,

## Oratio.

**D**A quæsumus Domine, populo tuo diabolica vitare contagia; & te solum Deum pura mente sectari. Per Dominum.

**Ad Bened. Añz.** Magister, \* quod est mandatum magnum in lege? Ait illi Iesus: Diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, alleluia.

**Ad Magnif. Añz.** Quid vobis visetur, \* de Christo? cuius filius est? Dicunt ei omnes: David. Dicit eis Iesus: Quomodo David in spiritu vocat eum Dām, dicens: Dixi Dās Domino meo, Seda à dextris meis?

**D O M I N I C A X V I I I .**

post Pentecosten.

**Lectio S. Euangeli secundum Matthæum. Lectio ix. Cap. 9. a. 1.**

**I**N illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Et reliqua. Hom. S. Petri Chrysolog. Ser. 50.

**C**hristum in humanis actibus diuina gessisse mysteria, & in rebus visibilibus inuisibili exercuisse negotia, lectio hodierna monstrauit. Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Nonne ipse est, qui fugatis fluctibus, maris profunda nudauit, ut Israëliticus populus inter stupentes vndas sicco vestigio velut montium cœcau perstraret? **Lect. x.**

**N**onne hic est, qui Petri pedibus marinos vertices inclinavit, vt inter liquidum humanis gressibus solidum præberet obsequium? Et quid est, quod ipse sibi sic maris denegas seruitutem, vt breuissimi lacus transitum sub mercede nautica transfretaret? Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit.

## Lectio xi.

**E**T quid mirū, frarres? Christus venit suscipere infirmitates nostras, & suas nobis conferre virtutes: humana querere, præstare diuina: accipere iniurias, reddere dignitates: ferre tedia, referre sanitates: quia medicus, qui non fert infirmitates, curare nescit; & qui non fuerit cum infirmo infirmatus, infirmo non potest conferre sanitatem. **Lectio xii.**

**C**hristus ergo, si in suis mansuetis virtutibus, commune cum hominibus nil haberet: & nisi impletset carnis ordinem, carnis in illo esset otiosa suscepitio. Ascendit, inquit, in nauiculam, & transfretauit, & venit in ciuitatem suam. Creator rerum, Orbis Dominus, posteaquam se propter nos nostra angustauit in carne, coepit habere humanam patrem, coepit ciuitatis Iudaicae esse ciuius, parentes habere coepit parentum omnium ipse parens: vt inuitarer amor, attraheret charitas, vinciret affectio, suaderet humanitas, quos fugarat dominatio, metus disperserat, fecerat vis porestatis extores.

**Sequentia S. Euangeli secundum Matthæum. Cap. 9. a. 1.**

**I**N illo tempore: Ascendens Iesus in nauiculam, transfretauit & venit in ciuitatem suam. Et ecce offerabant ei paralyticum iacentem in lecto. Et videns Iesus fidem illorum, dixit paralytico: Confide fili: remittuntur tibi peccata tua. Et ecce quidam de Scribis dixerunt intra se: Hic blasphemat. Et cum vidisset Iesus cogitationes eorum, dixit: Ut quid cogitatis mala in cordibus vestris? Quid est facilius dicere: Dismittitur tibi peccata tua; an dicere:

Surge

Sf. 4

**Surge, & ambula! Ut autem sciatis,**  
quia filius hominis habet potesta-  
tem in terra dimittendi peccata, tunc  
est paralyticus: **Surge, tolle lectum**  
**tuum, & vade in dominum tuam.** Et  
sursum exit, & abiit in dominum suum.  
**Videntes autem turbæ timuerunt,**  
& glorificauerunt Deum, qui dedit  
potestatem talēm hominibus.

# Oratio.

**D**irigat corda nostra, quæsumus  
Domine, tuæ miserationis o-  
peratio: quia tibi sine te placere non  
possumus. Per Dominaum.

**Ad Benedictus, Aña.** Dixit Do-  
minus\* paralytico: Confide fili, re-  
mittuntur tibi peccata tua.

**Ad Magnificat, Aña.** Tulit ergo \* paralyticus lectum suum, in quo iacebat, magnificans Deum : & omnis plebs , ut vidit , dedit laudem Deo.

## DOMINICA XIX.

post Pentecosten.

Lectio sancti Euangeli secundum  
Matthæum. Lectio ix. Cap. 22. v. 1.

**I**n illo tempore: Loquebatur Ies-  
sus principibus sacerdotum &  
Pharisæis in parabolis, dicens: Si-  
mile factum est regnum celorum ho-  
mini regi, qui fecit nuptias filio suo.  
Et reliqua.

## **Homilia sancti Gregorii Papæ.**

Homilia 38. in Euano. post initio

**S**æpè iam me dixisse memini,  
quod plerumque in sancto E-  
vangelio regnum celorum pre-  
sens Ecclesia nominatur: congrega-  
tio quippe iustorum, regnum cælo-  
rum dicuntur. Quia enim per Prophe-  
tam Dominus dicit: Cælum mihi se-  
des est: & Salomon ait: Anima iusti  
sedes sapientie: Paulus etiam dicit

**T**autem sciatis, Christum Dei virtutem, & Dei sapientiam: aliquando colligere debemus, quia si Deus sapientia, anima autem iusti, fedes sapientie; dum cælum dicitur sedes Dei, cælum ergo est anima iusti. Hinc per Psalmistam de sanctis præparatoribus dicitur: Cæli enarrant gloriam Dei.

Lexicon.

**R** Egnū ergo cælorum est Ec-  
clesia iustorum : quia dum co-  
rum corda in terra nil ambiunt , per  
hoc quod ad superna suspirant , iam  
in eis Dominus quasi in cælestibus  
regnat . Dicatur ergo : Simile est re-  
gnū cælorum homini regi , qui fecit  
nuptias filio suo . Jam intelligit cha-  
ritas vestra , quis est iste Rex Regis filij  
pater ; ille nimurum , cui Psalmista  
ait : Deus iudicium tuum Regi da , &  
iustitiam tuam filio Regis .

## Le<sup>t</sup>tio xj

**Q**ui fecit nuptias filio suo?  
Tunc enim Deus Pater Deo  
Filio suo nuptias fecit, quando hunc  
in utero Virginis humanæ naturæ  
coniunxit, quando Deum ante sæ-  
cula fieri voluit hominem in fine sæ-  
culorum. Sed quia ex duabus perso-  
nisi fieri solet illa nuptialis coniun-  
ctio; ab his hoc ad intellectibus no-  
stris, ut personam Dei & hominis  
Redemptoris nostri Iesu Christi,  
ex duabus personis credamus unitam.

Lectio xii.

**E**X duabus quippe, atque in duabus hunc naturis existere dicimus: sed ex duabus perlonis compositum credi, ut nefas, vitamus. Apertius ergo atque securius dici potest, quia in hoc Pater Regi Filio nuptias fecit, quo ei per incarnationem mysterium sanctam Ecclesiam sociavit

Sociauit. Vetus autem genitricis Virginis, huius sponsi thalamus fuit. Vnde & Psalmista dicit: In sole posuit tabernaculum suum, & ipse tamquam sponsus procedens de thalamo suo.

**Sequentia S. Euangelij secundum Matthaeum.** Cap. 22. a. 1.

**I**n illo tempore: Loquebatur Iesus principibus sacerdotum & Pharisæis in parabolis, dicens: Si-mile factum est regnum cælorum homini regi, qui fecit nuptias filio suo. Et misit seruos suos vocare inuitatos ad nuptias, & nolebant venire. Iterum misit alios seruos, dicens: Dicite inuitatis: Ecce prædium meum paraui, tauri mei & altaria occisa sunt, & omnia parata: venite ad nuptias. Illi autem neglexerunt; & abiuerunt, alias in villam suam, alias vero ad negotiationem suam: reliqui vero tenuerunt seruos eius, & contumeliis affectos occiderunt. Rex autem cum audisset, iratus est: & missis exercitibus suis, perdidit homicidas illos, & ciuitatem illorum succidit. Tunc ait seruis suis: Nuptiae quidem paratae sunt, sed qui inuitati erant, non fuerunt digni. Ite ergo ad exitus viarum, & quoscumque inuenieritis, vocate ad nuptias. Egressi serui eius in vias, congregaverunt omnes quos inuenierunt, malos & bonos: & impleræ sunt nuptiae discubentium. Intravit autem rex ut videret discubentes, & vidit ibi hominem non vestitum vestem nuptiali. Erat illi: Amice, quomodo hue intrasti non habens vestem nuptialem? At ille obmutuit. Tunc dixit rex ministris: Ligatis manibus & pedibus eius, mittite eum

in tenebras exteriores: ibi erit fletus, & stridor dentium. Multi enim sunt vocati, pauci vero electi.

**Oratio.**

**O**mnipotens & misericors Deus, vniuersa nobis aduersantia propitiatus exclude: ut mente & corpore pariter expediti, quæ tua sunt, liberis mentibus exequamur. Per Domum. **Ad Benedictus, Antiphona:** Dicite \* inuitatis: Ecce prædiū meū paraui, venite ad nuptias, alleluia.

**Ad Magnificat, Antiphona.**

Intravit \* autem rex, ut videret discubentes: & vidi ibi hominem non vestitum ueste nuptiali, & ait illi: Amice, quomodo hue intrasti, non habens uestem nuptialem?

**D O M I N I C A X X .**

post Pentecosten.

**Lectio S. Euangelij secundum Ioannem.** Lectio ix. Cap. 4. f. 48.

**I**n illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Et reliqua.

**Homilia sancti Gregorij Papæ.**

*Homi. 28. in Euangeli.*

**L**egio sancti Euangelij, quam modo, fratres, audistis, expositione non indiget: sed ne hanc taciti præterisse videamur, exhortando potius, quam exponendo in ea aliquid loquamur. Hoc autem nobis solummodo de expositione video esse requirendum, cur is, qui ad salutem filio petendam venerat, audiuit: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Qui enim salutem filio quærebatur, proculdubio credebat: neque enim ab eo quereret salutem, quem non crederet Saluatorē. **Lectio xi.**

**Q**uare ergo dicitur: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis:

S. f. 8

ditis: qui autem credidit; quam signa videret? Sed mementote quid petiit: & aperte cognoscetis, quia in fide dubitauit. Poposcit namque, ut descendenter, & sanaret filium eius. Corporalem ergo praesentiam Domini quarebat, qui per spiritum nusquam degenerat.

## Lectio xi.

**M**inus itaque in illum credidit, quem non putauit posse salutem dare, nisi præsens esset & corpore. Si enim perfecte credidisset, præcudubio sciret, quia non esset locus ubi non esset Deus. Ex magna ergo parte diffisi est, qui virtutem non dedit maiestati, sed præsentiae corporali. Lectio xii.

**S**icut aliter itaque filio petuit, & tamen in fide dubitauit: quia eum ad quem venerat, & potentem ad curandum credidit, & tamen morienti filio esse absentem putauit. Sed Dominus, qui rogatur ut vadat; quianus desit ubi inuitatur, indicat: solo iufitu salutem reddidit, qui voluntate omnia creauit.

**S**equentia S. Euangelij secundum Mattheum. Cap. 4. f. 46.

**I**n illo tempore: Erat quidam regulus, cuius filius infirmabatur Capharnaum. Hic cum audisset, quia Iesus adueniret a Iudea in Galilæam, abiit ad eum, & rogabat cum ut descendenter, & sanaret filium eius: incipiebat enim mori. Dicit ergo Iesus ad eum: Nisi signa & prodigia videritis, non creditis. Dicit ad eum regulus: Domine, descendere priusquam moriatur filius meus. Dicit ei Iesus: Vade, filius tuus viuit. Credidit homo sermoni, quem dixit ei Iesus, & ibat. Iam autem eo descendente, serui occurserunt ei, & nunciauerunt dicentes, quia filius eius viuit.

ret. Interrogabat ergo horam ab eis, in qua melius habuerit. Et dixerunt ei: Quia heri hora septima reliquit eum febris. Cognovit ergo pater, quia illa hora erat, in qua dixit ei Iesus: Filius tuus viuit: & creditit ipse, & domus eius tota. Oratio.

**L**Argire, quæsumus Domine, fidibus tuis indulgentiâ placatus, & pacem: ut pariter ab omnibus mundentur offensi, & secura tibi mente deseruant. Per Dominum.

**A**d Benedic tus, Aña. Erat quidam regulus, \* cuius filius infirmabatur Capharnaum: hic cum audisset quod Iesus veniret in Galilæam, rogabat eum, ut sanaret filium eius.

**A**d Magnificat, Antiphona.

Cognovit autem \* pater, quia illa hora erat, in qua dixit Iesus: Filius tuus viuit: & creditit ipse, & domus eius tota.

## DOMINICA XXI.

## post Pentecosten.

Lectio S. Euangelij secundum Matthæum. Lectio ix. Cap. 18. c. 23.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis parabolâ hanc: Assimilatum est regnum celorum homini regi, qui voluit rationem ponere cum seruis suis. Et reliqua.

Homilia S. Hieronymi Presbyteri.

Lib. 3. Comment. in Matth. c. 18.

**F**amiliariter est Syris, & maximè Palæstinijs, ad omnem sermonem suū parabolas iungere: ut quod per simplex præceptum teneri ab auditoribus non potest, per similitudinem exemplaque tenetur. Præcepit itaque Dominus Petro sub comparatione regis & domini, & servi, qui debitor decem milium taceat.

lento.

lentorum à domino rogans veniam  
imperauerat, vt ipse quoque dimit-  
tat conseruis suis minora peccantib⁹.

## Lectio x.

**S**i enim ille rex & dominus ser-  
uo debitori decem milia talen-  
torum tam facile dimisit: quantò  
magis serui conseruis suis debent  
minorā dimittere? Quod vt mani-  
festius fiat, dicamus sub exemplo. Si  
quis nostrū commiserit adulteriū,  
homicidium, sacrilegium; maiora  
crimina decem milium talentorum  
rogantibus dimittuntur, si & ipsi di-  
mittantur minorā peccatibus. **Lectio x.**

**S**in autem ob factam contume-  
liam simus im̄placabiles, & pro-  
pter amarum verbum perpetue ha-  
beamus discordias: nonne nobis vi-  
demur recte redigendi in carcere,  
& sub exemplo operis nostri hoc ag-  
ere, vt maiorum nobis delictorum  
venia non relaxetur? **Lectio xi.**

**S**ic & Pater meus cælestis faciet  
vobis, si non remiseritis vnu-  
quisque fratri suo de cordibus ve-  
stris. Formidolosa sententia, si iuxta  
nostram mentem sententia Dei fle-  
bitur, atque mutatur: si parua fratri-  
bus non dimittimus, magna nobis à  
Deo non dimittentur. Et quia po-  
test vnuquisque dicere: Nihil habeo  
contra eum, ipse nouit, habet Deum  
iudicem; non mihi curae est quid ve-  
lit agere, ego ignoui ei: confirmat  
sententiam suam, & omnem simulationem  
fiat pacis euerit, dicens:  
Si non remiseritis vnuquisque fra-  
tri suo de cordibus vestris.

**S**equentia S. Euangeli secundum  
Matthæum. Cap. 18. c. 23.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus di-  
scipulis suis parabolam hanc: Af-

familatum est regnum cælorum ho-  
mini regi, qui voluit rationem pone-  
re cum seruis suis. Et cùm ceperisset  
rationem ponere, oblatus est ei unus,  
qui debebat ei decem millia talenta.  
Cùm autem non haberet vnde red-  
deret, iussit eum dominus eius ve-  
numdari, & uxorem eius, & filios, &  
omnia quæ habebat, & reddi. Proci-  
dens autem seruus ille orabat eum,  
dicens: Patientiam habe in me, &  
omnia reddam tibi. Misertus autem  
dominus serui illius, dimisit eum, &  
debitum dimisit ei. Egressus autem  
seruus ille, inuenit vnum de conser-  
uis suis, qui debebat ei centum dena-  
rios: & tenens suffocabat eum, di-  
cens: Redde quod debes. Et proci-  
dens conseruus eius, rogabat eum,  
dicens: Patientiam habe in me, &  
omnia reddam tibi. Ille autem no-  
luit: sed abiit, & misit eum in car-  
cerem, donec redderet debitum. Vi-  
dentes autem conserui eius quæ fie-  
bant, contristati sunt valde: & vene-  
runt, & narrauerunt domino sue  
omnia quæ facta fuerant. Tunc vo-  
cauit illum dominus suus: & ait illi:  
Serue nequam, omne debitum dimi-  
si tibi quoniam rogasti me: nonne  
ergo oportuit & te misereri conserui  
tui, sicut & ego tui misertus sum? Et  
iratus dominus eius tradidit eum tor-  
toribus, quoadusque redderet vni-  
uersum debitum. Sic & pater meus  
cælestis faciet vobis, si non remise-  
ritis vnuquisque fratri suo de cor-  
dibus vestris. **Ora pro.**

**F**amiliam tuam, quæsumus Dñe,  
continua pietate custodi: vt à  
cunctis aduersitatibus te protegente  
sit libera; & in bonis actibus tuo no-  
mini sit deuota. Per Dominum.

**A**d

**Ad Benedictus, Antiphona.**

**Dixit autem dominus seruo:** Redde quod debes. Procidens autem seruus ille rogabat eum, dicens: patientiam habe in me, & omnia reddam tibi.

**Ad Magnificat. Ans.** Serue nequam,\*

omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit & te misereri conserui tui, sicut & ego tui misertus sum? alleluia.

### DOMINICA XXII. post Pentecosten.

**Lectio S. Euangeli secundum Mattheum.** **Lectio ix.** Cap. 22. b. 15.

**I**n illo tempore: Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone. Et reliqua. **Homilia sancti Hilarij Episcopi.**

*In commen. in Matth. c. 23.*

**F**requenter Pharisæi commoventur, & occasionem insimulandi eum habere ex præteritis non poslunt. Cadere enim vitium in gesta eius & dicta non poterat: sed de malitia affectu, in omnem se inquisitionem reperiundæ accusatis extendunt. Namque à sæculi vitiis, atque à superstitionibus humanarum religionum, viuierlos ad spem regni cœlestis vocabat.

**Lectio x.**

**I**gitur an violaret sæculi potestatem, de propositæ interrogatio[n]is conditione pertant: an vide[re] licet reddi tributum Cæsari oportet. Qui interna cognitionum secreta cognoscens (Deus enim nihil eorum quæ intra hominem sunt absconsa, non speculatur) afferri sibi denarium iussit, & quæsiuit cuius & inscriptio esset & forma. **Lectio xii.**

**P**harisæi responderunt: Cæsaris eam esse. Quibus ait: Cæsari

redhibendâ esse, quæ Cæsaris sunt: Deo autem reddenda esse, quæ Dei sunt. O plenam miraculi responsionem, & perfectam dicti cœlestis absolutionem! Ita omnia inter contemptum sæculi, & contumeliam laudandi Cæsaris temperauit, vt curias omnibus & officiis humanis deuotas Deo mentes absoluueret, cum Cæsari quæ eius essent, reddenda decernit. Si enim nihil eius penes nos resederit, conditione reddendi ei quæ sua sunt, non tenebimus.

**Lectio xiii.**

**P**orrò autem si rebus illius incubamus, si iure potestatis eius vivimus, & nos tamquam mercenarios alieni patrimonij procurationi subiicimus: extra querelam iniuriae est, Cæsari redhiberi quod Cæsaris est; Deo autem quæ eius sunt propria, reddere nos oportere, corpus, animam, voluntatem. Ab eo enim hæc profecta atque aucta retinemus: proinde condignum est, vt ei se totum reddant, cui debere se recolunt & originem & profectum.

**S**equentia S. Euangeli secundum Matthæum. Cap. 22. b. 15.

**I**n illo tempore: Abeuntes Pharisæi, consilium inierunt ut caperent Iesum in sermone. Et mittunt ei discipulos suos cum Herodianis dicentes: Magister, scimus quia verax es, & viam Dei in veritate doces, & non est tibi cura de aliquo: non enim respicias personam hominum: dic ergo nobis quid tibi videtur, licet censum dare Cæsari, an non? Cognita autem Iesu nequitas eorum, ait: Quid me tentatis hypocritæ? Ostendite mihi numismata census. At illi obtulerunt ei denarium. Et ait illis: Iesus:

elle, que Cæsar sun  
reddende elle, que D  
am miraculi religio  
sum dicti celestis  
Ita omnia inter  
uli, & consumm  
a temperatu, m  
officis humanis  
tes absoluere, q  
efflent, reddenda  
nihil eius pene  
tatione reddendi  
a tenebimur.  
io xii.

rebus illius inca  
potellatis eius, q  
quam mercenarios  
procuratioſi fab  
relam inuirit ei,  
quod Cæsar en  
tus sunt propria  
te, corpus, &  
Ab eo enim ha  
reinimus: pro  
vit et se rotum  
se recolunt &  
am.

angelij secundum  
Cap. 11. b. 13.

e: Abenteuer Pha  
m in iureu reſpo  
rmone. Et inuen  
er cum Herodiam  
er, famus quia ver  
in veritate doces, &  
de aliis non eum  
in hominum: dire  
bi videor, hetero  
z, an non? Copie  
equa eorum, ar  
is hypocriti. Olo  
fima cento nulli  
enarium, fruillis  
leu;

Iesu: Cuius est imago hæc, & super  
scriptio? Dicūt ei: Cæsar. Tunc ait  
illis: Reddite ergo quæ sunt Cæsaris,  
Cæsari: & quæ sunt Dei, Deo. **Oratio.**

**D** Eus, refugium nostrum, & vir  
precibus, auctor ipse pietatis, & præ  
sta; ut quod fideliter petimus, effi  
caciter consequamur. Per Dñm.

**Ad Benedictus, Aña.** Magister,\*  
scimus quia verax es, & viam Dei in  
veritate doces, alleluia.

**Ad Magnificat, Aña.** Reddite era  
go \* quæ sunt Cæsaris, Cæsari: &  
quæ sunt Dei, Deo, alleluia.

Si sequens Dominica fuerit ultima  
post pentec. eius loco Ponitur xxiv.  
vt infra: & Officiū huius Unicē po  
nitur in Sabb. præcedenti, nō in pe  
ditio Festo xij. Lect. alioquin Fér.  
vi. vel alia similiter non impedita.

### DOMINICA XXIII.

post Pentecosten.

**Lectio S. Euangeli secundum Mat  
thæum.** *Cap. 9. c. 18.*

**I**n illo tempore: Loquete Iesu ad  
turbas, ecce princeps unus accessit,  
& adorabat eum, dicens: Dñe, filia  
mea modò defuncta est. Et reliqua.

**Homilia S. Hieronymi Presbyteri,**

**Lib. 1. Comment. in Matth. c. 9.**

**O**ctauum signum est, in quo  
princeps luscitari postulat

filiam suam, nolens de my  
sterio veræ circumcisiois excludi:

sed subintrat mulier sanguine fluens,  
& octauo sanatur loco: vt principis

filia de hoc exclusa numero, veniat  
ad nonum, iuxta illud quod in Psal  
mis dicitur: *Æthiopia præueniet*

*manus eius Deo: &, Cùm intrauerit*

*plenitudo Gentium, tuæ omnis I*

*gæl saluus fieri.*

### Lectio x.

**E**t ecce mulier, quæ sanguinis  
fluxum patiebatur duodecim  
annis, accessit retro, & tetigit simbri  
am vestimenti eius. In Euangilio  
secundum Lucam scribitur, quod  
principis filia duodecim annos ha  
beret æteris. Nota ergo, quod eo  
tempore hæc mulier, id est, Gentium  
populus coepit ægrorare, quo ge  
nus Iudeorum crediderat. Nisi enim  
ex comparatione virtutum, vitium  
non ostenditur.

### Lectio xi.

**H**æc autem mulier sanguine  
fluens, non in domo, non in ur  
be accedit ad Dominum, quia iuxta  
legem vrbibus excludebatur: sed in  
itinere ambulante Domino; vt, dum  
pergit ad aliam, alia curaretur. Vnde  
dicunt & Apostoli: Vobis qui  
dem oportebat prædicari verbum  
Dei: sed quoniam vos iudicastis in  
dignos salutem, transgredimur ad  
Gentes.

### Lectio xii.

**D**icebat enim intra se: Si tetige  
fimo fimbriam vestimenti eius,  
salua ero. Iuxta legem, qui mulie  
rem menstruatam, aut fluentem san  
guine tetigerit, immundus est. Ita  
ideo tangit Dominum vt sanguinis  
vitio etiam ipsa curaretur. Confide  
filia, fides tua te saluam fecit. Nec di  
xit: Fides tua te saluam factura est:  
sed, saluam te fecit. In eo enim quod  
credidisti, iam salua facta est.

**S**equentia S. Euangeli secundum  
Matthæum. *Cap. 9. c. 18.*

**I**n illo tempore: Loquente Iesu ad  
turbas, ecce princeps unus ac  
cessit, & adorabat eum, dicens: Dñe,

filia mea modò defuncta est: sed veni,  
impone manum tuam super eam, &  
viuet. Et surgens Iesus lequebat eum

eum, & discipuli eius. Et ecce mulier, quæ sanguinis fluxum patiebatur duodecim annis, accessit retro, & tergit fimbriam vestimenti eius. Dicebat enim intra se? Si tetigero tantum vestimentum eius, salua ero. At Iesus conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit. Et salua facta est mulier ex illa hora. Et cum venisset Iesus in domum principis, & vidisset tibicines, & turbam tumultuantem, dicebat: Recedite; non est enim mortua puella, sed dormit. Et deridebant eum. Et cum electa esset turba, intravit: & tenuit manum eius. Et surrexit puella. Et exiit fama haec in universam terram illam. *Oratio.*

**A**bsolute, quæsumus Domine, tuorum delicta populorum; ut à peccatorum nexibus, quæ pro nostra fragilitate contraximus, tua benignitate liberemur. Per Dominum.

*Ad Bened. Aia.* Dicebat enim \* intra se: Si tetigero fimbriam vestimenti eius tantum, salua ero.

*Ad Magnif. Aia.* At Iesus \* conuersus, & videns eam, dixit: Confide filia, fides tua te saluam fecit, allel.

**D**ominus post Pentecosten non posunt esse pauciores viginti tribus, neque plures viginti octo. Cum autem fuerint plures xxiiij. nunc post xxiiij. Dominicam, resumuntur, quæ co anno superfluerunt post Epiph. quoad Orationem, Hoc autem, & Aias ad Benedictus, & Magnificat, hoc ordine.

**S**i Dñica post Pentecosten fuerint xxv. Dñica xxiiij. post Pentec. erit quæ est vij. post Epiph. Si fuerint xxvj. Dominica xxiiij. erit quæ est vij. post Epiphaniam, & xxv. quæ

erit vj. Si fuerint xxvj. Dñica xxiiij. erit quæ est viij. post Epiphaniam, xxv. erit v. & xxvj. erit vij.

**S**i fuerint xxvij. Dñica xxiv. erit quæ est iiij. post Epiph. xxv. erit iiiij. & xxvj. erit v. & xxvij. erit vij. & ultimo loco semper ponitur, quæ sequitur hic in ordine xxiiij.

### DOMINICA XXIIII. ultima post Pentecost.

**L**ectio S. Euangeli secundum Matthæum. **Lectio ix.** Cap. 24. b. 15.

**I**n illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele Propheta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat. Et reliqua.

**H**omilia S. Hieronymi Presbyteri. Lib. 4. Comment. in Mathe. c. 24.

**Q**vando ad intelligentiam prouocamur, mysticum monstratur esse quod dictum est. Legimus autem in Daniele hoc modo: Et in dimidio hebdomadis auferetur sacrificium & libamina: & in templo abominatione desolationum erit, usque ad consummationem temporis, & consummatio dabitur super solitudinem. **Lectio x.**

**D**e hoc & Apostolus loquitur, quod homo iniquitatis, & adversarius eleundus sit contra omne quod dicitur Deus & colitur: ita ut audeat stare in templo Dei, & ostendere quod ipse sit Deus: cuius adventus secundum operationem satanæ destruet eos, & ad Dei solitudinem redigat qui se suscepserint; **Lectio xi.**

**P**otest autem simpliciter aut de Antichristo accipi, aut de imagine Cæsaris, quam Pilatus posuit in templo,

egolo, aut de Adm...  
ut que in ipso fa...  
lio visceris prefe...  
lominatio quoq...  
erem seruatur:  
tur: & idecum ad...  
quod in delatione  
fructu solida p...  
Littera

**A** Bonitatem de...  
legimus & c...  
ueris, secundum in hoc loco, hoc  
& obirent De...  
gen & huius a...  
dilla occidente  
panisse, approp...  
atena, de qu...  
bilem Deus; &  
domine, quod no...  
boli iusta per...  
re & tollere al...  
ueritatis pri...  
que servorum  
ter in agro sp...  
tum, ut fructu...  
tollerare alien...  
postol habere  
equitatis S.

**M**attheum  
**I**n illo tem...  
scipulis si...  
minationem  
di Daniele  
hos sanctos: qu...  
qui in Iudea a...  
te: & qui in  
tollerare aliquid  
in agro, non re...  
cam suam. V...  
bus, & matre...  
Orate autem  
liueme, l...

205  
Baden-Württemberg  
MINISTERIUM FÜR WISSENSCHAFT, FORSCHUNG UND KUNST

templo, aut de Adriani equestri statua, quæ in ipso sancto sanctorum loco usque in præsentem diem stetit. Abominatio quoque secundum veterem scripturam idolum nuncupatur: & idcirco additur, desolationis, quod in desolato templo atque destruто idolum possum fuit.

## Lectio xii.

**A** Bominatio desolationis intelligi potest & omne dogma peruersum: quod cum viderimus stare in loco sancto, hoc est in Ecclesia, & se ostendere Deum; debemus fugere de Iudea ad montes, hoc est, dimissa occidente littera, & Iudaica prauitate, appropinquare montibus æternis, de quibus illuminat mirabiliter Deus; & esse in recto, & in domate, quod non possint ignita diaboli iacula peruenire, nec descendere & tollere aliquid de domo conuersationis pristinæ, nec quererè quæ retrosum sunt: sed magis ferre in agro spiritualium scripturarum, ut fructus capiamus ex eo: nec tollere alteram tunicam, quam Apostoli habere prohibentur.

**S**equentia S. Euageli secundum Matthæum. Cap. 24. b. 15.

**I**N illo tempore: Dixit Iesus discipulis suis: Cum videritis abominationem desolationis, quæ dicta est à Daniele propheta, stantem in loco sancto: qui legit, intelligat: tunc qui in Iudea sunt, fugient ad montes: & qui in recto, non descendat tollere aliquid de domo sua: & qui in agro, non reuertatur tollere tunicam suam. Vnde autem prægnantibus, & nutrientibus in illis diebus. Orate autem ut non fiat fuga vestra in hieme, vel sabbato. Erit enim

tunc tribulatio magna, qualis non fuit ab initio mundi usque modo, neque fiet. Et nisi breuiati fuissent dies illi, non fieret salua omnis caro: sed propter electos breuiabuntur dies illi. Tunc si quis vobis dixerit: Ecce hic est Christus, aut illic: nolite credere. Surgeant enim pseudochristi & pseudoprophetæ: & dabunt signa magna & prodigia, ita ut in errorem inducantur (si fieri potest) etiam electi. Ecce prædixi vobis. Si ergo dixerint vobis: Ecce in deserto est, nolite exire: ecce in penetralib⁹, nolite credere. Sicut enim fulgor exit ab Oriente, & paret usque in Occidentem: ita erit & aduentus filij hominis. Ubicumque fuerit corpus, illic congregabuntur & aquilæ. Statim autem post tribulationem dierum illorum sol obscurabitur, & luna non dabit lumen suum, & stellæ cadent de cælo, & virtutes cælorum commouebuntur: & tunc parebit signum Filij hominis in cælo: & tunc plangent omnes tribus terræ: & videbunt Filium hominis venientem in nubibus cæli cum virtute multa & maiestate. Et mittet angelos suos cum tuba, & voce magna: & congregabunt electos eius a quatuor ventis, a summis cælorum usque ad terminos eorum. Ab arbore autem fici discite parabolam: cum iam ramus eius tener fuerit, & folia nata, scitis quia propè est ætas: ita & vos, cum videritis hæc omnia, scitote quia propè est in ianuis. Amen dico vobis, quia non præteribit generatio hæc, donec omnia hæc fiant. Cælum & terra transibunt, verba autem mea non præteribunt.

## Oratio.

## Oratio.

**E**Xcita, quæsumus Domine, tuorum fidelium voluntates: ut diuini operis fructum propensius exequentes, pietatis tuæ remedia maiora percipiant. Per Dominum.

**Ad Benedictus, Antiphona.**  
Cum videritis \* abominationem de-

solationis, quæ dicta est à Daniel Propheta, stantem in loco sancto; qui legit, intelligat.

## Ad Magnificat, Antiphona.

Amen dico vobis, \* quia non præteribit generatio hæc, donec omnia fiant: cælum & terra transibunt, verba autem mea non transibunt, dicit Dominus.



PRO-